PACTA DOTALIA
inter
Czaream Principissam ANNAM
et
Ducem Fridericum Wilhelmum Curland.
de data St. Petersburg ao. 1710.
die 29. Augusti.

№ 26.

Dei Gratiâ Nos Petrus I. Czaar et Imperator omnium Russorum &c. &c. &c. notum facimus praesentibus et significamus: Postquam Divinâ Providentiâ, et Clementissima mediatione cum Nostro Consensu inter DEI Gratia Celsissimum Principem ac Dominum Fridericum Wilhelmum in Livonia, Curlandia et Semigallia Ducem, &c. Nostramq; ex Fratre Neptem, Serenissimam Principissam Czaream et Magnam Ducissam omnium Russorum Annam, Czaream Celsitudinem et Dilectionem per certos utriusq; partis Plenipotentiarios, et quidem ex Nostra Parte fideliter Nobis dilectos, Romani et Russici Imperii Principem Alexandrum Menchikoff, Principem Ingriae, Haereditarium Dominum Oranienburgi, Nostrum primum actualem Consiliarium intimum, Commendantem Generalem Feldmarchallum, ac Generalem Gubernatorem St. Petriburgi multarumq; Provinciarum, Equitem Ordinis S. Andreae atq; Elephantis, nec non albae et nigrae Aquilae; ut et Imperii nostri Vice-Cancellarium et Ministrum Status atq; Exoticorum Negotiorum, Imperii Russici Liberum Baronem Petrum de Schaphiroff. Ex Parte verò altè memorati Curlandiae Ducis, Ejusdem Extraordinarios Ablegatos, Joannem Ernestum Rönne Superiorem Marechallum, et Theodoram Ludovicum Lau, Actualem Consiliarium, vigore habentis Plenipotentiae et Instructionum, Tractatus Connubialis in St. Petersburg die $\frac{10}{21}$ Junij conclusus, Subscriptus, et Sigillatus fuit, cujus tenor est sequens:

In Nomine Sacro-Sanctae Trinitatis:

DEI Gratia Serenissimi ac Potentissimi Magni Domini

Petri I. Czaaris et Imperatoris Totius Russiæ &c. Ple-
nipotentiarii, Romani et Russici Imperii Princeps, Alexan-
der Menchikoff, Dux Ingriæ, Dominus Hæreditarius Ora-
nienburgi &c. primus actualis Consiliarius intimus, commen-
dans Generalis Feldmarchallus, ac Generalis Gubernator St.
Petriburgi, atq; multarum Provinciarum Czareæ suæ Ma-
tatis, Eques Ordinis St: Andreæ, et Elephantis, nec non al-
et nigræ Aquilæ &c. atq; Regni Vice-Cancellarius, Mini-
Status et exterorum Negotiorum, Russici Regni Liber Ba-
ro, Petrus de Schapshiroff ab Una; ut et Dei Gratia Cel-
sissimi Principis ac Domini, Domini Friderici-Wilhelm
in Livonia, Curlandiæ et Semigallia Ducis, Plenipotenti-
rii Ioannes-Ernestus Löhne, Superior Marchallus, e
Hæreditarius Dominus Domaiticorum Bonorum, et
Theodorus-Ludovicus Lau, Actualis Consiliarius, ab
altera parte, Notum facimus, et significamus vigore
præsentium: Posteaquam Divinâ Providentiâ, et matu-
desuper habitô Consiliô, Subsecutôq; Consensu affirmati-
vô utriusq; Celsorum Interessentium inter Celsissimum
Principem, Fridericum-Wilhelmum, in Livonia, Cur-
landiæ et Semigallia Ducem, et Suæ Czareæ Majestati
ex Fratre Filiam, Serenissimam Czaream Principissa
et magnam Principissam totius Russiæ Annam, Cz-
ream Celsitudinem, Christiana Connubialis Alliance
in Altissimi Gloriam, et ad Stabiliendam bonam Con-
telligentiam ac Confidentiam inter utriusq; Partis
Celsos Principales, simul et ad promovendum Salutar
Incrementum, atq; emolumentum inter utriusq; Regn
et Ducatus, tenore habitæ Plenipotentiæ conclusa
confecta: ideoq; Nos Sequentem Ducalem Tractatu
Connubialem, Clementissimorum Nostrorum Celsorum
Principalium juxta Instructiones Nobis de Super data
nomine eorum ac pro iisdem præmeditatè pepigimus, pr
uti Sequitur:

Primò: Nos Suæ Czareæ Majestatis Plenipotentiarii Mini
nomine suæ Czareæ Majestatis Satemur, quod Celsissimo

Duci Domino Friderico Wilhelmo, præfatæ suæ Czarea Majestatis Principissa, ex Fratre Filia, Anna, Czarea Celsitudo, de libera ejusdem Voluntate et Consensu connubiō jungi debeat. Et vicissim Nos suprà memorati Suæ Celsitudinis Ducalis Mandatarii nomine Celsi nostri Principalis, ac pro Eodem fatemur, quōd Celsitudo sua suprà memorata Principissa Czaream Celsitudinem in matrimonium ducere, eandem constanter conservare, et prout Christianos Principes Conjuges decet, et convenit, fideliter et ex toto corde ad dies vitæ amore prosequi et honore velit.

Secundo: declaramus Nos Suæ Czareæ Majestatis Plenipotentiarii Ministri nomine Czari nostri Clementissimi, quōd in Signum Specialis suæ Gratiæ et Propensionis, quā cum erga Celsissimum Ducem ex verè Paterno Affecto fertur, Eidem cum Principissa ex Fratre Filia præter condignam largitionem in Vestimentis, elenodiis &c. Summam Ducentorum millium Rublorum pro dote exsolvere velit, et quidem hōc modō ut 50/m. Rubli ejusdem Summæ in continenti simul ac Præsentia Pacta dotalia per Utriusq; Partis Celsorum Principalium Subscriptiones consummata fuerunt; ipso die verò Conjugii eo in loco, ubi consummabitur Conjugium, iterum 50/m. Rubli et deniq; residuum 100/m. Rublorum, quam primum possibile fuerit accurate, absq; ulla exceptione in Rublis in Natura ibidem, ubi Celsissimus Dux desiderabit, enumerari debeant.

Tertio: Sua Czarea Majestas consentit et contenta est, ut de hac Summa ducentorum millium Rublorum dotis loco 40/m. Rubli Celsissimo Duci Afferantur; reliqui verò Centum et Sexaginta millia Rublorum Eidem à Principissa Czarea Celsitudine, tanquam perpetuum mutuum ad relutionem oppignoratarum Præfecturarum Ducalium quæ Eidem propterea locō Hypothecæ erunt obligatæ dari, de quibus annuatim quinq; pro centum Usurarum locō àltè memorata Czareæ Principissæ Celsitudini accuratè exsolvi debeant.

Quarto: Celsissimus Dux Fridericus Wilhelmus suæ futuræ

Serenissimæ Conjugi Ducale Donum propter Nuptias vulgo Morgengab 10/m. Rublorum prospiciet et dabit, de quibus usuras à 6. pro centum, durante cum Eodem Matrimonio, pro se et in suum proprium Usum certò et indubitatò ex Ducali Camera quotannis Illa levare et percipere debet.

Quintò: Celsissimus Dux suæ Serenissimæ Conjugi pro expensis quotidianis, vulgò Gaud-geld, et vestimentis 15/m. Rublos quotannis, ex Ducali Camera, quoad dies vitæ quartaliter numerari faciet; præterea quoq; Ejusdem Aulæ Status et famulitium, circa quorum Ordinationem, receptionem, mutationem, et constitutionem Eadem liberam Dispositionem sibi reservavit, omnes ac singulos Salariis, et Subsistentiâ providebit: attamen Liberum Serenissimæ Ejus conjugi erit, tot Personas utriusq; Sexus nationis Russicæ in Statu Aulico habere, prout placitum fuerit, quæ simul inter ordinatum numerum à Celsissimo Duce computari, et ab Eodem ali, ac sustentari debent.

Sexto: Promittimus adhuc Nos Celsissimi Ducis Plenipotentiarii nomine Celsi Principalis Nostri, quatenus Sua Celsissima Conjux unà cum suis secum habentibus Domesticis Græcæ Religionis Cultum Suum divinum libere et absq; impedimento exercere queant, in loco Commodo Arcis Mitaviensis, quem in finem templum juxta Græcum Cultum ibidem adaptari debet. Insuper etiam ut, quemadmodum omnes et singuli per benedictionem DEI ex hoc Conjugio nascituri Principes in Evangelica Lutherana fide educari et elevari, ita omnes Principissæ in fide et confessione Græcæ Ecclesiæ educari et elevari debeant.

Septimo: quo etiam propter futuros casus certæ dispositiones sint; ideo inter utriusq; Partis Contrahentes prænotè sequentia pertractata, conclusa, atq; conventa sunt.

A. quidem declarat Sua Cæsarea Majestas Singularem Inclinationem Celsissimo Duci, quâ cum vere sincerò corde erga Illum fertur, reali documentò comprobare quatenus, siquando Idem Obitum Conjugis Suæ Principissæ Cæsarea ex Fratre Filiæ superviverit s. quod ab

sera Tempora DEUS clementer avertat:/ nec Ducalis Proles Superesset, eum in casum tota Massa ducentorum millium Rublorum ab Eodem titulo Donationis in Lucrum retineri debeat, neq; ullum Jus aut potestatem Principissæ Czareæ Celsitudo habeat, aliquam Dispositionem huic præsenti Czareæ Voluntati contrariam, sive per Contractus inter vivos, sive per Testamenta faciendi: quam generosam et Majestaticam Gratiæ Declarationem Celsissimus Dux quoq; humilima cum Gratiarum Actione acceptat, et ad omnimodam recognitionem obligatus est.

2. Quodsi Sua Czareæ Majestatis Principissæ Neptis Celsitudo ante Celsissimum Ducem relinquendo Ducales Hæredes vitâ decederet, iidem Hæredes totius plenariæ Hæreditatis participes debent fieri, et omnia Principis Matris Jura cum omnibus effectibus, in quibuscunq; consistunt in Eosdem devolvi, attamen ut Celsissimo Duci Ususfructus in mobilibus et immobilibus ad dies vitæ relinquatur, Idem quoq; iisdem Commodis, quæ Ipsi propter Conjugis suæ Celsitudinem competerent, in Effectu pleno omni tempore frui debeat.

3. In Casum verò, si Celsissimus Dux juxta Voluntatem DEI ante Serenissimam Suam Conjugem mortem obiret:/ quod Deus itidem diu avertere velit:/ et ex Conjugio Liberi Ducales Superessent; Princeps Vidua verò ad aliud Conjugium transiret, Eidem Liberum sit dimidium tam de 40/m Rublis illatæ dotis, quam centum et Sexaginta millibus Rublorum mutui ut et de omnibus reliquis, quæ durante Matrimonio, donationis, Hæreditatis, vel alio titulo sive mobilium, sive immobilium bonorum, à quocunq; vel undecunq; proveniant, ab Eodem acquisitorum, ad se recipere; alterum dimidium verò ex omnibus suprà Specificatis Ejusdem Ducalis Liberi lucrantur, nisi Illa iisdem Sponte amplius quicquam velit concedere.

4. Et contra si nulli Liberi adessent, et Vidua relicta ad Secunda Vota transiret, Eidem illata Summa ducentorum mille Rublorum ex Ducalibus Proventibus attamen per Solutiones Particulares intra quatuor Annos retradi et interim Sex pro Centum interesse loco

numerari debent, et cateroquin omnia quæ sunt suprà specificata, et durante matrimoniō acquisita, sive sint mobilia, sive immobilia, in Ejusdem possessione permaneant.

5. Quod si verò Celsissimus Dux Fridericus Wilhelmus circa Obitum Suum nullos Liberos relinqueret, et Conjugis Sua Celsitudo in Statu Viduitatis ad dies vitæ permaneret: promittit ad testificandum cordialem suum amorem, tenerrimamq; Observantiam erga Candem, Eidem condignam Principissæ Viduvii Sedem, et Arcem, et quotannis 40m. Rublos pro Sustentatione

Econtra

6. Si Liberi Superessent, et Conjugis sua Celsitudo in Statu Viduitatis permaneret, Viduvium ad 30. Rublorum assecurat; reliquum verò Ducalibus Liberis accidere debet: prout id ipsum in Specialiter formanda Inscriptione Viduvii à Celsissimo Duce prolixius et clarius describi debet. Hoc Pactum Dotale tam à Czarea Sua Majestate quam etiam a Sua Celsitudine, Duce Friderico Wilhelmo, ut et a Serenissima Principissa totius Russiæ Anna, Czarea Celsitudine intra Spatium trium Hebdomadarum ratificari, propriaq; manu Subscribi, et Sigillari necnon Ratificationes ad invicem exhiberi debent. In quorum fidem hujus Tractatus Connubialis duo Exemplaria ejusdem Tenoris expedita, abutrisq; Plenipotentiariis manu propriā Subscripta, Sigillata, et reciprocè exhibita sunt. Quæ Acta sunt in St: Pieters bourg die 20/25 Junii Annō 1710. Id circo Nos suprà memoratum Tractatum Matrimonialem in omnibus et singulis punctis et clausulis, prout integer de verbo ad verbum descriptus et hic insertus Legitur, vigore præsentium pro Nobis et Successoribus Nostris acceptavimus, approbavimus et ratificavimus, assecurantes insimul Sub verbis Nostris Czareis omnia et singula, quæ in eodem pertractata firmiter observare, et hisce nunquam ullo modō contravenire. Quemadmodum in horum testificationem hæc Pacta Dotalia propriā manu Subscripsimus, et Sigillō Regni Nostri communiri fecimus. Datum St: Pieters bourg die 29. Augusti Anno 1710 Regiminis nostri Annō vigesimō nonō.

(L.S.)

Petrus.

Anna.

Serenma Ducissa Viduata Curlandiæ Anna,
Principissa Caarea Moscoviæ,

Pro dote, juxta Pacta dotalia, inferre
debuerat — " — " — " — " — " — " — " Rublos " 200000.
Et converso Eidem in contra dotem /: quia
hi $\overset{m}{200}$. Rubli tam à Marito ejus, quam
Successore Feudi, si illati fuissent, usufrui
potuissent:/ similiter inscripti — — — Rubli " 200000.

Summa — " Rubli " 400000.

De quibus itaq; $\overset{m}{400}$. Rublis,
à 10. pro cento interesse computato,
annui proventus viduviales importarent,
Rublos — " — " 40000.

Quia vero de summa
$\overset{m}{200}$. Rublorum tãtummodo
illati et in Ao. 1710. enumerati sunt, Rubli — 50000:-:
De quibus etiam, ad mandatum Sae:
Caar: Mtis, in Ao 1712. Mitaviæ re-
sumti, — " — " — " Rubli — " 28800:-:
Id circo de realibus Caareis pecuniis dotalibus, apud
Domum Ducalem Curlandicam, tantummodo reman-
serunt, quæ St. Peterburgi sunt expensæ et si eæ fo-
rent computandæ, essent tãtum — " — " Rubli " 21200:
His similem Summam in contra Dotem
/: quia non plures illatæ dotales pecu-
niæ:/ annexam — " — " — " — " — " Rublor: 21200.

Summa, Dotis et Contra Dotis — " Rubli " 42400.

De his itaq; decem pro cento
interesse computatis, proveniens exinde
annuum Viduvii quantum, hisce calami-
tosis temporibus vix quoq; præstandum
importaret, — " Rublos — 4240:-:

Ego infra scriptus confiteor hisce, quod Celsissimi Ducis Curlandiæ, Domini Consiliarii Supremi, secundum Literas Generosi Domini Baronis de Lewenwolden, Suæ Czareæ Majestatis Consiliarii Intimi, ad prænominatos Dominos Consiliarios Supremos, Rigæ d. 2. Julii st. v. anni currentis, ad mandatum Czaareæ Majestatis datas, conservatos de 50000 Rublis, Suæ Czareæ Celsitudinis, viduatæ Ducissæ Curlandiæ, pecuniis dotalibus, tenore literarum Celsissimi Ducis Friderici Wilhelmi, beatæ memoriæ quietantium, 10567. Rublos, 95. Copeicas, per manus Domini Langbein, Celsissimi Ducis redituum Notarii, præsente Domino Secretario Stangen, inferius scripto die, in nostris Russicis propriâ manu nostra obsignatis Saccis et alligatis Schedulis, mihi sine detrimento tradi curarunt, quas ego pecunias, simul cum illis 10000. Rublis, quos d. 13. hujus accepi, atq ob acceptam hanc Summam, Specialem quietantiam dedi, ex Septem benè munitis vasis, in Arce Mitaviensi in manus meas accepi, eaq de causa hisce jure quieto. Mitaviæ die 18. Julii 1712.

Jacobus de Wesselowski.

Ego infra subscriptus confiteor hisce, quod Celsissimi Ducis Curlandiæ Domini Consiliarii Supremi, ad instantiam Domini Gollewkin, Regni Cancellarii, quod ad mandatum suæ Czareæ Majestatis fecit, de Czareæ Celsitudinis Viduata Ducissæ Curlandiæ, tenore suæ Celsitudinis, Ducis Friderici Wilhelmi, beatæ memoriæ, super acceptos 50000. Rublos data quietantia, adhuc conservatis pecuniis dotalibus, 10000 Rublis, hoc est decem milia Rublorum, per Notarium redituum Ducalem Dominum Langbein, in præsentia Domini Secretarii Stangen, hodiernâ, infra nominata die, in nostris, à nobismet ipsis obsignatis Saccis, mihi tradiderunt, quos ego ad manus meas securè et plenè, hic in Arce Mitaviensi accepi, ac quod accepi testans quieto. Mitaviæ d. 13. Julii 1712.

Jacobus de Wesselowski
Secret: Int:

Succincta Consignatio Contributionum, quâ ratione illæ ex Ducalibus Præfecturis Curlandicis pro Moscoviticis Copiis militaribus sunt exactæ, literaliter indictæ, atq; acceptæ.

	Pecunia Albertina	
	Imperiales Thaleri	Grossi
Ab Anno 1709. usq; ad Annum 1710.		
Circa immigrationem seu ingressum Copiarum Moscoviticarum Anno 1709. pro Contributione scilicet Portiones ac Rationes de 435. Ducalibus Uncis indictæ atq; acceptæ sunt, omnes computandò reductæ ad Pecuniam. Impp: Thal: 18692:- 82½		
Porro in 5. Menses Hybernales nempe à 1ma Decembris A: 1709. usq; ult: Aprilis ãi. 1710. de unoquoq; unco Singulis Mensibus quinq; Portiones, ac quinq; rationes indictæ conficiunt per 5. Menses de supradictis Ducalibus Uncis — „ 140637:- 82½		
Summa Contributionum ab Anno 1709. usq; ad A: 1710.	„ 159330.	„ 75.
Ab Anno 1710. usq; ad Annum 1711.		
Ad Urbem Rigam devehendi ibiq; tradendi de singulis Uncis decem Modii, Farinæ indicti faciunt sumatim de 435. Ducalibus Uncis Quater mille trecentos quinquaginta Modios siliginis à ½. Impp: Thall: Alberto, nec non 6. grossos pecuniæ molaris: conficiunt — „	2295.	„ 75.
Ab Anno 1711. usq; ad Annum 1712.		
Ad Colonellum Lewantow pro mensibus, Junio ac Julio de 435. Uncis annona militaris, vulgò Proviant per lata traditaq; quæ si in duos menses ad pecuniam per Calculum redigatur, efficit. Imp: Thal: 1317. 43½		
Legioni Alonskensi pro Augusti Septembr: atq; Octobr: Mens: de 435. Uncis præstita, ad pecuniam Calculatione redacta — „ — — 618. —		
Eidem Alonskensi Legioni in 6. Menses Hybernales à 1ma Novembris A: 1711. usq; ad ultim: Aprilis ex Ducalibus Prædijs apportata tradita: itidem ad pecuniam reducta: — „ — 13373:- 31½		
Item ad Legionem Szymanowskensem pro uno mense portiones, et pro duobus mensibus rationes per latè traditaq; exequant in nummis de 435. Uncis — „ — „ — 4923:- 86½		
Summa ab Anno 1711. usq; ad Annum 1712. —	„ 20232	„ 71½
Summa fac: —	„ 181850	„ 21½

	Albertus. Imp: Thall:	Grossi
Transport fac: — Ab Anno 1712. usq; ad Annum 1713.	181859	4½
Legioni Alonskensi a Majo usq; ad Novembrem Mensem inclusivè per Septem Menses, annona Militaris vulgò Proviant, tradita: facit de 435. Unciis — " — Impp: Thall: 1801:-56¼		
Ulterius Eidem per Quinq; Menses Hybernales in rationibus ac Portionibus — " — " — " — " — 16167:-45¾		
Summa ab Anno 1712. usq; ad Annum 1713.	179969	11½
Ad Legionem Ingermanlandicam, aliasq; Selectas sive Segregatas Copias pro Sex Mensibus Hybernalibus à 1ma Novembris Anni 1715. usq; ad 1mam Maji Anni 1716. de 174¾ Unciis Ducalibus Portiones ac Rationes per latæ traditæq; quæ ad Pecuniam reductæ efficiunt — " — " — Impp: Thall: 32258.-77¼		
Ad maritimum Oppidum Libaviam in Moscoviticas Naves Aduanias vulgò Galleren, de 174¾ Unciis Annona /: alias Proviant :/ collata atq; tradita facit — " — " — 1455:- 67½		
Porro ad Casaniensem Legionem Dimachorum vulgo Dragons, in Sex Menses æstivos Portiones, ac Rationes de 132⅜ Unciis — " — " — 2625:-76½		
Summa ab Anno 1715. usq; ad Annum 1716.	36340	4½
Summa facit	236169	4½

	Albertus. Imp: Thall:	grossi
8 Transport: fac: — —	236169	4 1/4
Ab Anno 1716 usq ad Annum 1717.		
Ingressa Kargapolensi Legioni Dimachorum et et residuis Segregatis de Militibus Prætorianis alias Gvarde, cum magno Equorum numero, in Sex Menses Hybernales à 1ma Novembris anni 1716. usq ad 1mam Maij Anni 1717. Portiones ac Rationes pro 132 3/8 Unis Ducalibus allata traditaq: faciunt — " — " — " — " — Impp: Thall: 22759.— 18 3/4		
Eidem adhuc Legioni in Sex Menses æstivos à 1ma Maij usq ad Ultimam Octobris Portiones: faciunt — " — " — 1578:— 44 1/4		
Summa ab Anno 1716. usq ad Annum 1717.	24337	63
Ab Anno 1717. usq ad Annum 1718.		
Item eidem Illi Kargapolensi Legioni in Sex Menses Hybernales à 1ma Novembris anni 1716. usq ad ultimam Aprilis Anni 1717. Portiones ac Rationes de 120 5/16 Ducalibus Unis traditæ: exaquant — " — " — " — Impp: Thall: — 6300:— 21 [illegible]		
Ulterius in Sex Menses æstivos à 1ma Maij usq ad 1mam Novembris Portiones: faciunt — " — " — 1806:— 65 1/16		
Summa ab Anno 1717. usq ad Annum 1718.	8106	86 1/15
Ab Anno 1718. usq ad Anni 1719. ultim. Aprilis		
In Sex Menses Hybernales à 1ma Novembris Anni 1718. usq ad ultimam Aprilis anni 1719. Portiones ac Rationes faciunt — " — " —	4331	22 1/2
Summa Ordinariarum Contributionum ab Anno 1709. usq ad Anni 1719. ultimam Aprilis.	272944	85 15/16

Moscovitica Contributiones.

Nota: Prater supra memoratas Contributiones Ordinarias ingentia Damna à Moscovitiis Militibus Ab Anno 1709. usq; ad ultimam Aprilis Anni 1719. causata, atq; illata ferè æstimari non possunt; Siquidem Ducatus Curlandiæ, ac Simigallia tot tantisq; Supra satorum Militum ultro citróq; migrationibus, vulgò durchmarchen Stationibus militaribus, nimiorum Angariæ Equorum exactionibus atq; usurpationibus, transitibus multarum Personarum majoris conditionis, in hospitationibus seu mansionibus militum diversoriis, executionibus, et similibus Afflictionibus onerati sunt, atq; enervati, ut describendo exprimi nequeant: unde hæc parte nihil positivi apponi queat; uti nec simili ratione maximum detrimentum in Sylvis, Saltibusq; Obsignatione Granariorum ac prohibitione Exportationis, ne frumentum evehatur, quæ hocce omnino debuit corrumpi, item in ablatis atq; abactis Equis omnis generis, itemq; Cervis qui in Vivariis fuerunt circumsepti, nec non reliquis in Ruinam Provinciæ attentatis: quæ omnia simul cum Evacuatione Czaarearum Copiarum ex Curlandia nec non extraditione rerum Ducalium Curlandicarum Rigæ existentium jure mento bonificanda atq; restituenda sunt.

De Succincta Consignatio

Eorum, quæ pro Vidua Ducissa Anna in Curlandia Celsitudine ex Ducalibus Præfecturis ac Prædiis exacta sunt atq; accepta usq; ad 1mam Maji Anni 1729.

	Albertus Imperiales Thaleri	Prussi
1. Præter Contributiones Ordinarias Sunt a Rusis pro Sua Celsitudine Vidua Ducissa de 435. Ducalibus Unis, à 25. Rubli Sumti: qui efficiunt 10875. Rublos, vel in Moneta Albertina — " — " — " — " — " à 1¼. Impp: Thall:	13593	67½
2. In Frumento ex Præfecturis Oppidisq; quantitatem præter propter 20000 modiorum à ½. Impp: Thall:	10000	—
3. Ex Præfecturis, quas Sua Celsitudo ab Anno 1712. post Festum St: Joannis usq; ad Mensem Augusti ejusdem Anni, in possessione habuit, ut poté Doblehn, Würzau et Plathon, Eckau et Alt-Bergfried — " —	761	44½
4. Ex Urbis maritimæ Libaviæ Telonio, vulgo Portorio, de Anno 1712. accepti — " — " — " — " —	730	—
5. 1. Sua Celsitudo à tempore Veris Anni 1716. Subsequentes Duodecim Ducales Præfecturas, Scilicet: Würzau et Plathon, Alt-Bergfried, Neu-Bergfried, Neu-Rhade, Eckau, Doblehn, Hoffzumberge, Poenau, Irmelau, Grendsen, Goldingen, Windau, hujusq; Telonii Littoralis Rusticos occupavit atq; inde hactenus proventus Sumsit accepitq: quæ post Contagionem præter propter singulis annis 57000. florenos Albertus important, tribusq; annis faciunt — " — " — " —	57000	—
Porro Circa Coactam et necessitatam Inventationem harum Præfecturarum diversa extriturata fruges itemq; multum frumenti nondum excussi in Horreis adfuit: id quod, cum ignoretur, quantum propriè ac præcisè exinde trituranda postmodum fuerit excussum, universim præter propter taxatum ad — "	6500	—
2. Ex Teloniis, vulgo Licenten, Libaviæ ac Windaviæ inde à Vere Anni 1716. adusq; nunc, itidem ignoratur quantum exinde fuerit propriè perceptum: alioquin eadem quotannis pro pensione Arendæ 40000 florenorum Albertinorum anteà fuerunt Locata: qui per triennium faciunt — " — " — " — " —	40000	—
3. Ex Accisis Mitaviæ Bauskæ Libaviæ, Windaviæ Neustädtlein, Jacob-Stadtchen, atq; Eckau quotannis 17450. florenos Albertus, conficiunt tribus annis	17450	—
6. Circa Ablationem Teloniorum, sive Licenten, una abla ti sunt 82¾. Cadi, vulgò Tonna Seminis Lini à 9. Impp: Thl: faciunt — " — " — " — " — Impp: Thall: 735¾		
Præter propter 1000. Modii Hordei à ½. Impp: Thall: — 500.		
Summa facit — —	1235	67½
Summa facit — —	147271	2½

170

Consignatio Acceptorum à Vidua Ducissa Celsitudine

	Albertus	
	Imperiales Thaleri	Kr
Transportatum facit — —	147271	2
4. In Ferro Mitavia atq Angera collectivè Sumto, accepta Sunt 57. Pondo majora, alias Schiffpfund perticarum ferrearum, à S. Impp: Thall: facient — — — — Impp: Thall: 456.		
80. Pondo majora dito à 10. Impp: Thall: — — — —	800	
conficiunt — — —	1256	—
Summa efficit — — —	148527	2

Nota: Praeter supra expressa per exactionem accepta, unum alterumq hinc inde erit Sumtum, quod autem hic iam specificè annecti haud potuit sed in futura Disquisitione cognosci poterit.

Serenissima Ducissa viduata Curlandiæ Anna Princeps
prisca Caarla Moscovia,

Pro dote, juxta Pacta dotalia, inferre
debuerat . . . . . Rublos „ 200000 „

E converso Eidem in contra dotem /: quia
si 200. Rubli, tam à Marito ejus quam
Successore Feudi, si illati fuissent, ut fuerint
potuissent / similiter inscripti . . . . Rubli „ 200000 „

Summa . . . . Rubli : 400000 „

De quibus itaq; 200 Rubli
à 10 ℔ cento interesse computato,
annui proventus viduviales importarent
Rublos, 40000 : — :

Quia verò de Summa
200 : Rublorum, tantumodo
illati et in ao. 1710. enumerati sunt, Rubli 50000 —.
De quibus etiam, ad mandatum Sac:
Caar: Mtis, in ao 1712. Mitaviâ re.
sumti, Rubli 28800 — „
Adeo de ratiby Caaris pecuniis dotaliby, apud Domum Ducalem
Curlandicam, tantumodo remanserunt, quæ St. Petersburgi essent tan.
tum . . . . . Rubli. 21200.
His similem summam in contra Dotem
/: quia non solures illata dotales pe.
cuniæ :/ annexam . . . . . Rublor. . 21200

Summa, Dotis et Contradotis : Rubli : 42400.

De his itaq; decem pcento
interesse computatis, proveniens exinde
annum Viduvii quantum important,
Rublos „ — „ 4240 : — „

100

Compendium summarum quas sibi prætendit Anna Ducissa Curlandiæ vidua.

No 20.

Serenissima Duissa viduata Curlandiae.
Anna Principissa Sarea Moscovie.

Pro dote, juxta Pacta dotalia, inferre
debuerat - - - - - - - - - Rubl., 200000,,

Et Converso eidem in Contra dotem/
quia sic $\frac{m}{200}$ Rubli, tam a Marito
ejus, quam Successore Feudi, si illati
fuissent, usu fori potuissent; /, simi-
liter inscripti: - - - - - - - Rubli, 200000,,

Summa - - Rubli, 400000,,

De quibus itaq $\frac{m}{400}$ Rublis
à 10,, pro Cento, interesse com-
putato, annui proventus Vidu-
rales importarent
Rublos, 40000,, -.

Quia vero de Summa
$\frac{m}{200}$ Rublorum, tantùmodo
illati, et in Aô 1710. enumerati sunt, Rubli,, 50000 -.
De quibus etiam ad mandatum Sac:
Caar: Mtis, in Aô 1712. Mitavâ re-
sumti: Rubli - 28.800,, -.
Id circo de realibus Caeris pecuniis dotalibus, apus Domum
Ducalem Curlandicam, tantùmodo remanserunt, quae St.
Petersburgij essent tantum - - - Rubli - 21,200..
Hic similem Summam in Contra
dotem /: quia non plures illatae, dotales
pecuniae: / annexam - - - - - - Rublor: 21200,,

Summa Dotis et Contradotis. Rubli: -
42400 ,,

De his itaq decem pro Cento
Interesse Computatis, proveniens
exinde annum Viduvij, quantum important,
Rublos,, - 4240 - ,,

Summarium Extractum

Contributionum Ordinariarum à Moscovitis Copijs Militaribus ab Anno 1709. usq ad Annum 1719 ad 1mam Maij in Curlandia ex Ducalibus Prafecturis ac Prædiis exactarum, atq acceptarum Summarum ad pecuniam computandò importat atq efficit.

Imperiales Thaleros Alb: 272944 = 85 gr

Damna præter Summas Contributiones illata, diversa propè modum sunt inæstimabilia. Pro Vidua Ducissa Celsitudine sunt usq ad 1mam Maji Anni 1719 in Diversis reditibus seu Proventibus exacti atq accepti — 148527 = 2½

Summa facit Impp: Thal: Alb: — 421471 = 87½

Si igitur hæcce Summa ad Annum Viduvij Quantum 4240. Rublorum, qui juxta proportionem Dotis realiter illatæ quotannis resultarent ac provenirent, comparetur atq distribuatur: Ejusdem Ducissæ Celsitudo Viduvij Proventus iam in Nonaginta Novem Annos anticipativè obtinuit, si autem Czarea Sua Mttas illam Contributionis Summa quæ 272944. Imperialibus Thaleris Albertinis nec non 85. grossis consistit aliomodò Ipsamet bonificari fecerit, et solummodò hi in diversis reditibus s: præter ea quæ indagatio ac disquisitio futura suppeditare et remonstrare poterit: pro Ducissæ Celsitudine sumti 148527. Impp: Thaleri Albertini 2 d ½ grossi ad Supradictum Annum Viduvii quantum comparentur ac distribuantur, tunc id ipsum iam in triginta quinque Annos fuisset anticipatum.

1014

Pacta Dotalia inter Principem Curlandiae & Principem Czarean Moscovid. in A. 1720.